

Conférence d'Hiver, 1856.

—00—

QUESTIONES DE RITUALI ROMANO.

Circà S. Oleum infirmorum Rituale Romanum statuit his verbis :

" Habent parochus, loco nitido et decenter ornato, in vase argenteo seu stanneo, diligenter custoditum S. Oleum infirmorum." Undè quæstiones exurgunt sequentes solvendæ :

1^a *Quæst.*—An hæc verba Ritualis Romani præceptum contineant ?

2^a *Quæst.*—Quisnam sit locus nitidus et ornatus in quo asservari possit S.Oleum ? An ecclesia ? An saltem sacristia ?

Numquid etiam parochi, pro suâ commoditate vel ob magnam ab ecclesiâ distantiam, apud se in domibus suis, S. Oleum retinere non valeant ?

3^a *Quæst.*—An, in casu quo in domo presbyterali S. Oleum retineretur, servanda foret rubrica quoad honestiam et decentem tutamque custodiam ?

4^a *Quæst.*—An et quomodo ipsemet presbyter, S. Oleum deferre debeat ?

Num tolerari possit usus ut per ministrum laicum gestetur vel collocetur in vehiculo, sacculo inclusum ?